Ms. 908, p. 11 6.xii

exaltando cadebit superuiendo euanuit. inde meruit
tale agnomen accipere id nihil proprie enim diabolus est
nihil. a deo uero bonus creatus est. Et per liberum arbi
trium suum malus factus est id nihil. Inde et iohannes
dicit et sine ipso factum est nihil sine ipso id sine deo ipse
ipsum inuenit malum id peccatum. dicitur enim nihil
diabolus quia perdidit quod erat. Sed quid per lugrauit
nihil id peccatum; Uocauit enim sede bono et nihil ef
fectus est Reliqua uero multitudo supernę militię
cęlestis circuminspecti uiderunt deum ex conuersio
ne intellexerunt quid erant. Et mente (ire) formati sunt
Et glorificauerunt deum et adorauerunt excelsum et in
excubiis cęlestibus permanserunt. Et dixit deus fiat lux
hec est prima uox a deo dicta esse commemorat sancta
scribtura et ante omnes spiritales et terrestres
creaturas fuisse confitemur. In ista una uoce
initium omnium creaturę sumpserunt. Angeli istam
uocem non audierunt. quia non dum erant. Sed per ipsam creati
sunt ex nihilo simul ut prediximus cum informi
materia Inde certum est quod ista dicto ex nulla
creatura audita fuit. Inde et agustinus dicit
ista dictio non per litteras nec per syllabas nec per sonum
nec a nulla creatura potuit audire quia ante omnes
fuit exorta a deo. et in thesauro sapientię dei
recondita est/